

casteel Schoonenburg bij het dorp Laken gelegen terug wierden verwagt, alwaar dien middag een prachtig diné had plaats gehad, dat gezigt zeg ik was eenig in zijn soort. Niet lang duurde het of de vorstelijke personadiën naderden alle in hunne prachtige opene reiskoetsen gezeten, zeer plechtstatig en stapvoets begeleid en omringd door een detachement gardes d'honneur en van een ontelbare menigte gepeupel. Ik had gelegenheid den Keizer van Rusland meer dan een quartier van zeer nabij te zien. Zijn edel en schoon manlijk gelaat teekende vriendelijkheid en grootmoedigheid. Van tijd tot tijd sprak hij met de meenigte en gaf door teekenen met zijn hoofd de goedkeuring aan het volk te kennen. Telkens hoorde men het geroep van vive L'Empereur Alexandre of vive L'Empereur magnanime en dan eens vive le Roi. Na alles op ons gemak bekeeken te hebben en reeds moede zijnde van al dat dreutelen, gingen wij op het einde deezer alleé aan de overkant der rivier bij de opreed naar Laken in een herberg een glas bier drinken en na hier wat te hebben uitgerust weder des avonds te 11 uur op weg naar Eppichem.

---

## Een brief van Boëtius Epo

medegedeeld door

Dr. J. S. VAN VEEN.

---

Rerum nostrarum Frisicarum commentariis ante multos iam annos a me institutis, Viri clarissimi, non esse mihi pretereundum iudicavi, quin amplissimus ordo vester ante operis perfectionem de nostris his conatibus certior redderetur, at quoniam praeter alia plurima per universum Frisiorum nomen, quod ad Noviomagenses usque meridiem versus fuit olim protensum et orientem versus multo longius gesta; praeter civitatum et castellorum et monasteriorum et pagorum origines praeter varias illius reipublicae mutationes et vicissitudines et praeter alia infinita, quae ex vetustissimis antiquitatum nostrarum monumentis vel hactenus eruere potui vel brevi meo eruturum confido, datis ad omnia non solum. Frisiae veteris universae sed et

vicina oppida literis, insigniora et illustriora quoque rerum in summis tribunalibus iudicatarum exempla quaedam una cum iudicum summorum cathalogo (si qua ratione confici poterit) breviter adnotare constitui, dum Frisiorum leges antiquas et privilegia persequar; vos pro studio in rempublicam quacumque ratione ornandam et celebrandam vestro quicquid huiusmodi rerum vel habetis vel habere undecumque poteritis, id fideliter literis mandatum nostrisque commentariis completandis detestatum (sic) tandem ad manus curare meas ne gravemini. Ego vicissim nec gloriae nec nominis vestri celebrationi (quod salva modestia et gravitate et praecipue veritate historiae debita fiat) defuero. Celebrationis autem nulla materia fuerit uberior quam per haec fluctuantissima et exulceratissima. Tempora nostra constans et fervida verae et avitae et catholicae religionis tuendae diligentia non verbis et autoritate solum externa, verum etiam vita et exemplo; nam vel contemptibus templa summi Dei vel non humilime et (ut utar theologorum piissimorum verbo) non devotissime sese in templo gerentibus magistratibus quid non faciat populus reliquus? Luxu pompaque diffluentibus magistratibus, quales erunt subditi? Sed bene praeclareque, quoad negocium religionis, audit nomen vestrum apud omnes et a posteris, qui grati sunt futuri, commendabitur. Spero fore ut, si modo cum Regiae Maiestatis venia liceat mihi ad tempus ab hoc meo professorio munere abesse, vos istic brevi visam res illas ad hanc descriptionem pertinentes inter vos et a vobis ipse collecturus.

Bene valete, Viri amplissimi! Datum Duaci Catuaeorum, anno Christi Liberatoris MDLXVII, Cal. Martiis.

Vester ex animo  
Boëtius Epo Rordahusanus,  
Reg. Cath. Mai professor  
iuris ordinarius.

Clarissimis et amplissimis viris  
DD. Cancellario et Consiliariis  
Reg. Cath. Mai in ducatu Gelriae  
Arnhemii.

Over het leven en de werken van dezen na vele omzwervingen te Douay als hoogleeraar levenden Fries (1529—1599) kan de belangstellende lezer iets vinden in de Bibliotheca Belgica van Valerius Andreas (Leuven, 1643), blz. 112—115. De in boven-

staanden brief vermelde Commentarii schijnen onvoltooid te zijn gebleven: althans zij komen niet voor in de lijst zijner werken, waarin ik over Friesland niet aantref eene Oratio de gente Phrisica.

Uit den brief blijkt een vurige ijver voor den ouden godsdienst. Ik wijs hierop in het bijzonder omdat hij in zijne jongere jaren „Calvinianis tractus praeceptiunculis” was geweest. Van zijnen terugkeer tot de kerk zijner vaderen maakt Val. Andreas op de volgende wijze melding: „Tandem vir factus perfectior re ipse deprehendit pollicitationes illas dogmatum fuisse et esse ab antiquitatum ecclesiasticarum veritate remotissimas, ut eum postea merito et errorum foedissimorum vehementer puduerit et poenituerit et piissima mater Ecclesia gremio suo complexa ritu debito refoverit.

De brief bevindt zich in de verzameling „Brieven van het Hof met uitheemschen” (Rijks-archief in Gelderland).